



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Cur Ecclesia in cælo apparuerit. Apparuit in cælo. Sectio III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

meū fabricauerunt peccatores, immensam videlicet persecutionum fabricam, sed quæ non me, sed ipsos contereret: vnde subiungitur: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

Secundū testimoniū duci potest ex Zach. i. Et leuans, inquit Propheta, oculos meos, & vidi. & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelū, qui loquebatur: Quid sunt hæc? & dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventūauerunt Iudæ, & Hierusalem. In quem locū Hebræi, D. Hier. & alij per quatuor cornua accipiunt quatuor mundi imperia quæ Hebræorū Gentē quali tauri ventilauerunt, in typū videlicet Ecclesiæ, in quā omnes Reges, atque Principes tanquā ferocissimi tauri insurrexerunt. Sed vide, quid sequitur: Ostendit mihi Dominus quatuor fabros, & dixi: Quid isti veniūt facere? qui ait: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerūt Iudæ per singulos viros, & nemo eorū leuauit caput suū, & veniunt isti deterrere ea, vt deiciat Cornua Gentium, quæ leuauerunt cornu super terrā Iudæ. Per hos quatuor fabros D. Hier. Theod. & Cyril. Alex. intelligūt Angelos, quorū præsidio Ecclesia defenditur, & Tyrannorū, atque hæreticorū omnium vires quali cornua cōteruntur. Alij, in quibus est Carthul. quidā apud D. Hier. in eum locum, volunt fabrorū nomine accipiēdos esse quatuor Euangelistas, qui omnium regnorū potētiam, quæ antea Ecclesiā persequabantur, Euangelij prædicatione, & miraculorū fulgore Christi imperio huius loci expositione plura diximus in nostris super Zach. cōmetarijs, quæ Deo volente cum reliquorū minorum Prophetarū cōmentatione foras dare instituiamus. Deniq; Gen. 4. Tubalcaïn in typum diaboli dicitur fuisse malleator, & faber in cuncta opera artis, & ferri: sic enim diabolus malleator est Ecclesiæ, quippe qui eam fortissimā Tyrānorū, & hæreticorū iustibus percutit: quæ tamen tanquā incus fortissima malleos omnes cōminuit, & conterit. Quam ob causam dicitur Hier. 50. Confractus, & cōtritus est malleus vniuersa terra: vbi per malleum vniuersæ terræ diabolus Ecclesiam persequentem interpretatur Orig. in comm. eius loci. Nec verò id mirū videri debet, cū Ecclesia adamantina describatur Amos 7. iuxta translationē 70. Ecce vir super murū adamantini, & in manu eius adamantus: & dixit Dominus ad me: Ecce ego iniciā adamantē in medio murū adamantini populi Israel. Vbi per adamantē Christus in manu Patris, per murum adamantinū Ecclesia, supra quā est Christus, accipiēda est. Itaque Christū tanquā adamantem in medio omnium Gentium, ac Principum misit: quem tamen nulla potentia frangere vnquam potuit: quod idem adamantino muro, id est, Ecclesiæ contigit.

Cur Ecclesia in cælo apparuerit.

Apparuit in cælo. SECTIO III.

I. CVM mulier Ecclesia sit, vt diximus, perspicuū relinquunt cælū hoc loco non ipsam Ecclesiā significare: iā enim Ecclesia in se ipsa apparuisset. Quare existimamus illud hoc loco indicari Ecclesiā cælestē esse, hoc est, de cælo descēdisse per electionē diuinā: quemadmodū alijs in hoc opere dicit Ioan. vidisse se spontam Agni descendente de cælo. Præterea, vt vult Panno. Apparuit in cælo mulier, quia Ecclesia cælestē vitam agit, vnde & in terris quasi peregrina versatur, quia & genere, iuxta priorē rationē, & cōuersatione, iuxta posteriorem tota sit cælestis. Id quod elegāter dixit Tert. in Apolog. c. i. vbi agēs de persecutionib; Ecclesiæ, nihil, inquit, Gens Christiana de causā sua deprecatur, quia nec de consuetudine miratur: scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos inuenire: caterū genus, sedē, spem, gratia, dignitatem in cælo habere. Vnū quæsit interdū, ne ignorata damnetur. Hæc ille. In tribus verò potissimū Ecclesia se ostēdit de cælo esse, lingua, moribus, affectu. Hæc enim triplici ratione potissimū, cuius sit quispiam, diiudicari solet. Et quidem de lingua diētum

Ecclesia  
genere, & cō-  
uersatione ca-  
estis.  
Panno.  
Tertullian.

Ecclesia ma-  
tiniū, & in manu  
eius adamantus.

Hier. 50. 23.  
Orig.  
Amos 7. 7.

Gen. 4.  
Demō Eccle-  
siae mallea-  
tor.

D. Hieronymus  
Theod.  
Cyril. Alex.  
Dion. Carth.

Tyranni in  
Ecclesiā tan-  
ti ferocissimi.

Zach. i. 18.  
Hebræi.  
D. Hieron.

VI.



dictū est à Domino Ioā. 3. *Quid est terra est, de terra loquitur: & ibidē. Quē enim misit Deus,* *in quibus nā se ostendit de celo esse.* *2. Esā. 13. 23.*  
*Ioan. 3. 31. 34*  
*in quibus nā se ostendit de celo esse.*  
*2. Esā. 13. 23.*  
 verba Dei loquitur. Sunt autem quidā peregrini, qui loquuntur nullo quodam idiomate, quod ex proprio scilicet, & peregrino conflatur, vt habes 2. Esā. 13. *In diebus illis vidi Indeos ducentes uxores Azoritas, Ammonitidas, & Moabitidas, & filij eorum ex media parte loquebātur Azorice, & nesciebāt loqui Iudaicē, & loquebātur, iuxta linguā populi, & populi.* Sic etiā sunt pleriq; in Ecclesia, qui nec cælestes omnino sunt, nec planē terreni: sed vtrūque iungentes & de celo, & de terra loquuntur. Deinde etiam mores ostendunt, cuiusnam patriæ quispiam sit: quē admodū significauit Apostolus Phil. 3. *Nostra cōuersatio in celo est.* j. nostri mores cælestes sunt. Denique affectus terrarū, & regionū maximē in hominib. dominātur, & ex iis vnus cuiusq; regio dignoscitur: quare ex affectu, & amore rerū cælestiū ostēdit Ecclesia se cælestē esse.

Propter hāc igitur vtramq; rationē Ecclesia in celo visa est, atq; in vtriusq; typū tabernaculū illud Mosaicū coopertū erat pellibus hyacinthinis, hoc est, cælestis coloris: vnde auctore Iosepho li. 3. antiq. c. 7. à lōge alpiciētibus calū representabat. Eandē ob causā Ecclesia dicitur sapphirina, eo quod sapphirus gēma sit coloris cælestis, & aureis quibusdā pūctis colluceat, quæ stellas referūt: quo sensu accipiendū est illud Exod. 24. *Ascenderūt Moyses, & Aarō, Nadab, & Abih, & 70. de senioribus Israel, & viderūt Deū Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi calū, cū serenū est.* Etenim Ecclesia veluti thronus quidā est sapphirinus, in quo Deus residet: cū autē subiūgitur: *quasi calū, cū serenū est,* significatur tranquillitas, & serenitas, quā Ecclesia sub Dei pedibus habet. Quanquā enim eā Tyranni, & Hæretici conentur turbare: tamen quia sub Dei pedibus iacet, eiūq; virtute, ac potentia continetur, serenitatem calū sua tranquillitate representat. Illud obiter aduertit pro eo, quod nos habemus: *Quasi lapis sapphirini,* legi quoque posse ex Hebræo: *quasi lateris sapphirini,* vt auctor est Lyr. in eum locum, nimirum vt figura lateris Hebræis in memoriam Ægyptiacam seruitutem reuocaret, cum in conficiendis lateribus laborabant: color autem sapphirinus designaret libertatem, quam diuino beneficio erant consecuti. Simul etiam illud indicabatur lateres, id est, labores, quibus Sancti in hac vita probantur, tandem in sapphiros gloriæ conuertendos: idcirco enim Hebræi viderunt suos lateres in pulcherrimos sapphiros euasisse.

Ad eandem Ecclesiæ cælestem naturam adumbriādam apparuit Ezechielī Dominus super alium thronum sapphirinum, quemadmodum legimus cap. 1. *Super firmamentum, quod erat imminens capiti animalium, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.* Et quidem meritō thronus iste sapphirinus, qui Ecclesiam representat, capitibus quatuor illorum animalium imminerebat: quoniam Ecclesia super quatuor orbis imperia per quatuor illa animalia expressa fuit euecta: siquidem iis omnibus subiugatis ipsa veluti thronus sapphirinus remansit, in quo Christus omnium imperiorum Princeps, moderatōr q; resideret. Accedit, quod illa quatuor animalia, hoc est, quatuor imperia thronum istum sapphirinū in capite gestant: siquidem ex omnibus mundi partibus Reges, ac Principes, Gentesque vniuersæ ad Ecclesiam aggregatæ Christum veluti in throno triumphantis more gestauerunt: quidni etiam Ecclesiam cælum appellari agnoscamus Esa. 66. *Hac dicit Dominus. Cælum sedes mea,* *terra autem scabellum pedum meorum.* Etenim D. Aug. in Psal. 98. existimauit eo loco Esaiæ cæli nomine electos accipiendos esse, hoc est, Ecclesiam: quæ interpretatio etiam est D. Hilarij in Psal. 131. *Obiter autem est obseruanda annotatio, quam in eundem locum affert eundem Hilar. lib. de Trinit. expendens, quomodo Dei sedes dicatur cælum, terra autem pedum eius scabellum: cum tamen cælū palmo, terrā*

Ioan. 3. 31. 34  
 in quibus nā  
 se ostendit de  
 celo esse.  
 2. Esā. 13. 23.

Phi ip. 3. 10.

II.  
 Iosephus.  
 Tabernacu-  
 lum Mosaicū  
 cælum refe-  
 rebat.  
 Exod. 24. 9.  
 Ecclesia Sap-  
 phirinus Dicit  
 thronus.

Lyrann.

III.  
 Ezech. 1. 26.  
 Ecclesia su-  
 per quatuor  
 mundi imper-  
 ia euecta.

Esa. 66. 1.  
 D. Augusti

D. Hilar.



pugillo concludat, iuxta illud Esai. 40. *Quis mensus est pugillo aquas, & calos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terra, seu vt 70. transfulerunt: Quis mensus est manus aqua & calos palmo, & omne terra pugillo?* Ex quorū locorū collatione concludit Hilar. Diuinæ naturæ immensitatē nullis locorū spatiis terminatā: siquidem cæli, quod ipsius thronus dicebatur, palmo concluditur: terram verò, quæ dicta fuerat pedum eius scabellum, pugillo comprehendit. *Conclusum*, inquit, *palmo cæli rursus Deo thronus est, & terra, quæ pugillo cōtinetur, eadē scabellū pedum eius est, ne in throno, & scabellō secundum habitum confidentis protensio speciei corpore possit intelligi: cum id, quod sibi thronus, & scabellum est, rursus illa ipsa infinita palmo, ac pugillo apprehendente concludat.*

## III.

Sed, vt ad institutum reuertamur, quoniam cælestis planē est Ecclesia, idcirco firmamenti, siue stelligeri cæli nomine significatur: sic enim firmamentum illud possumus accipere, quod paulo ante ex Ezechiele diximus supra capita animalium apparuisse. Sicut enim in firmamento lucent sydera, & cōstellationes variæ ex syderibus conflata, ita in Ecclesiæ firmamento Sancti sunt veluti sydera, & pulcherrima virtutū connexiones quali cōstellationes nobilissimæ. Vnde D. Greg. lib. 9. Mor. c. 6. ad Ecclesiam refert illud Iob 9. *Quis facit Arcturū, & Orionū, & Hyadas, & interiora Austris.* Quo loco per Arcturum 7. stellis fulgentem accipit Eccles. 7. candelabris in Apocal. rutilantem: per Orionas vero Martyres, quia sicut Oriones in ipso pondere temporis laemalis oriuntur, suōq; ortu tempestates excitant: & maria, terrāque perturbant: ita Martyres, dum Eccles. ad statum prædic. erigunt, pondus persecquentiam, molestiasque passuri ad cæli faciem quasi in hyeme veniunt. Iis etiam ortis mare, terrāque turbantur, quia Gentilitas videns mores suos destitui apparente Martyrū fortitudine doluit, Deniq; Hyadas Doctores interpretatur, quia nimirū Hyades à pluuia nomen acceperunt, eo quod ortæ proculdubio imbres ferant: sic enim Doctores ad statū vniuersalis Ecclesiæ quasi in cæli faciem deducti super arentem humani pectoris terram sanctæ prædicationis imbres fundūt, iuxta illud Deut. 32. *Concresecat vt pluuia doctrina mea, sicut vt ros eloquium meum, quasi imber super herbā, & quasi stilla super gramina.* Hæc ille. Quid? Nonne duodecim Apostoli duodecim signa sunt Zodiaci, id est, vitalis circuli in firmamento Ecclesiæ constituta? quemadmodū subtiliter tractat Georg. Venet. in sua Harm. Cant. 2. ton. 7. c. 8. 9. 10. 11. & 12. nōsq; fufius disseremus, cum coronam duodecim stellarum explicabimus. Ex his omnibus illud cōficitur Ecclesiā duplici de causa cælestem esse, tum quia è cælo per æternam electionem habuit ortum, tum quia cælestem in terris vitam agit: atque adeo merito in cælo Ioanni apparuisse.

## Cur Ecclesia appelletur mulier?

*Signum magnum apparuit in cælo, mulier.*

## SECTIO IV.

I. **S**ignum illud magnū, quod in cælo apparuit, mulier fuit amicta sole. Cum igitur ea Ecclesiam adumbrauerit, vt diximus, illud iam ordine sequitur explicandū, cur mulieris appellatione censeatur? Illa igitur eius appellationis est ratio potissima, quod Ecclesia Christi sponsa sit, ab eō que veluti grauidata fructum ferat metitorum: quemadmodū læculentē explicauit Apostolus Eph. 5. *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: quod Ecclesiæ, & Christi coniugium fuit auctore Paulo ibidem in coniugio Adā, & Eue adūbratū, cū Adam dixit: Hoc nūc es ex ossibus meis, & caro de carne mea: Sacramentum hoc, inquit Paulus, magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Id quod præter alios expendens D. Aug. lib. 2. de symbolo

Ecclesia cæli  
Sæcti sydera,  
D. Gregor.  
Iob 9. 9.

Deut. 32. 2.  
Apostoli duo-  
decim signa  
Zodiaci,  
Georg. Ven.

Potissima ratio,  
quia est  
sponsa Christi  
Eph. 5. 25.  
& 32.  
Gen. 2. 25.  
D. August.